13.—Patet igitur tres esse gradus cognitionis in animalibus. Primus est eorum, quae nec auditum nec memoriam habent: unde nec disciplinabilia sunt, nec prudentia. Secundus est eorum quae habent memoriam, sed non auditum; unde sunt prudentia, et non disciplinabilia. Tertius est eorum, quae utrumque habent, et sunt prudentia et disciplinabilia. Quartus autem modus esse non potest, ut scilicet sit aliquod animal, quod habeat auditum, et non habeat memoriam. Sensus enim, qui per exterius medium suum sensibile apprehendunt, inter quos est auditus, non sunt nisi in animalibus quae moventur motu progressivo, quibus memoria deesse non potest, ut dictum est.

14.—Deinde cum dicit ‘alia quidem’ ostendit gradus cognitionis humanae. Et circa hoc duo facit. Primo namque ostendit in quo cognitio humana excedit praedictorum cognitionem. Secundo ostendit quomodo humana cognitio per diversos gradus distribuatur, ibi, fit autem ex memoria. Dicit ergo in prima parte, quod vita animalium regitur imaginatione et memoria: imaginatione quidem, quantum ad animalia imperfecta; memoria vero quantum ad animalia perfecta. Licet enim et haec imaginationem habeant, tamen unumquodque regi dicitur ab eo quod est principalius in ipso. Vivere autem hic non accipitur secundum quod est esse viventis, sicut accipitur in secundo de anima: cum dicitur, *vivere viventibus est esse*. Nam huiusmodi vivere animalis non est ex memoria et imaginatione, sed praecedit utrumque. Accipitur autem vivere pro actione

poderem ter providência, não são disciplinados, no sentido de que pudessem receber instrução para fazer ou evitar algo: e é por isso que a instrução é principalmente recebida pela audição: daí que se diz no livro *Sobre o sentido e a sensação*, [cfr. Aristóteles, *Sobre o sentido e a sensação*, I, c.1, 437a 11-15]¹⁴, que a audição é o sentido da disciplina. Dizer que a abelha não tem a audição não repugna o fato de que ela pareça assustar-se com certos sons. Como o som veemente pode matar um animal e dividir a madeira, como o do trovão; a abelha não o ouve por causa dele, mas por causa do violento deslocamento do ar, onde se encontra o som, por isso os animais sem a audição podem se assustar com o som do violento deslocamento do ar, sem serem capazes de avaliar o som. Aqueles animais que de fato possuem a memória e a audição podem ser providentes e disciplinados.

13.—Fica claro que são três os graus de conhecimento nos animais. O primeiro deles é o daqueles animais que não tem a audição nem a memória, por conseguinte, não são nem capazes de aprender nem de serem ensinados. O segundo é o dos que possuem memória, mas não a audição, daí que são providentes, mas não são capazes de serem ensinados. Terceiro é o dos animais que possuem a memória e a audição e são providentes e capazes de serem ensinados. Contudo, um quarto modo não é possível, a saber, de um animal que possui a audição, mas não tem a memória. Ora, os sentidos que apreendem seu sensível por um meio externo, como no caso da audição, tais sentidos não existem senão nos animais que se movem por um movimento progressivo, aos quais não pode faltar a memória, como foi dito.

14.—Em seguida, quando diz ‘alguns, de fato, são mais capazes e aptos para aprender do que outros que não podem recordar’, ele mostra os graus do conhecimento humano. Faz isso em duas partes. Primeiro, ele mostra em que o conhecimento humano supera o dos animais. Segundo, ele mostra de que modo o conhecimento humano se distribui em diversos graus, quando diz ‘nos homens, a experiência nasce da memória’. Ele diz, pois, na primeira parte, que a vida dos animais é regida pela imaginação e pela memória: pela imaginação nos animais inferiores e pela memória nos animais superiores. Apesar de possuírem a imaginação, cada um é regido pelo que é mais importante nele. Viver aqui não é tomado no sentido do ser do vivente, como é entendido no segundo livro do *Sobre a alma* [cfr. Aristóteles, *Sobre a alma*, II, c.5, 411b 27]¹⁵, onde se diz que o viver é o ser para os viventes. Entendido deste

¹⁴ Cf. THOMAE AQUINATIS, S. *Sententia libri De sensu et sensato*, tr. 1 l. 2 n. 14. (Editio Alarcón: corpusthomicum.org).

¹⁵ Cf. THOMAE AQUINATIS, S. *In Aristotelis Librum De anima Commentarium*, I, lec. 14, n. 209 (Editio Pirota, Romae: Marietti, 1948, p. 55).

vitae, sicut et conversationem hominum vitam dicere solemus. In hoc vero, quod cognitionem animalium determinat per comparisonem ad regimen vitae, datur intelligi quod cognitio inest ipsis animalibus non propter ipsum cognoscere, sed propter necessitatem actionis.

15.—Supra memoriam autem in hominibus, ut infra dicitur, proximum est experimentum, quod quaedam animalia non participant nisi parum. Experimentum enim est ex collatione plurium singularium in memoria receptorum. Huiusmodi autem collatio est homini propria, et pertinet ad vim cogitativam, quae ratio particularis dicitur: quae est collativa intentionum individualium, sicut ratio universalis intentionum universalium. Et, quia ex multis sensibus et memoria animalia ad aliquid consuescunt prosequendum vel vitandum, inde est quod aliquid experimenti, licet parum, participare videntur. Homines autem supra experimentum, quod pertinet ad rationem particularem, habent rationem universalem, per quam vivunt, sicut per id quod est principale in eis.

16.—Sicut autem se habet experimentum ad rationem particularem, et consuetudo ad memoriam in animalibus, ita se habet ars ad rationem universalem. Ideo sicut perfectum vitae regimen est animalibus per memoriam adiuncta assuefactione ex disciplina, vel quomodolibet aliter, ita perfectum hominis regimen est per rationem arte perfectam. Quidam tamen ratione sine arte reguntur; sed hoc est regimen imperfectum.

17.—Deinde cum dicit ‘fit autem’ ostendit diversos gradus humanae cognitionis. Et circa hoc duo facit. Primo comparat experimentum ad artem quidem. Secundo comparat artem speculativam ad activam, ibi, primum igitur conveniens et cetera. Circa primum duo facit. Primo ostendit generationem artis et experimenti. Secundo praeeminentiam unius ad alterum, ibi, ad agere quidem igitur et cetera. Circa primum duo facit. Primo proponit utriusque praedictorum generationem. Secundo manifestat per exemplum, ibi, acceptionem quidem enim et cetera. Circa primum duo facit. Primo ponit generationem experimenti. Secundo artis generationem ibi, hominibus autem et cetera. Dicit ergo primo, quod ex memoria in hominibus experimentum

modo o viver do animal não procede da memória e da imaginação, mas precede ambos. Toma-se a palavra viver por ‘ação da vida’, como costumamos dizer que o convívio é a vida dos homens. Resulta disso que se determina o conhecimento dos animais em função do seu regime de vida, o que se deve compreender que o conhecimento existe neles não para se conhecerem-se, mas por causa da necessidade da ação.

15.—Nos homens, abaixo da memória, como diremos, imediatamente, se encontra a experiência, da qual os animais não participam, senão um pouco. A experiência provém da coleção comparativa das recepções de muitos singulares na memória. Esta capacidade de coleção é própria do homem e pertence à potência cogitativa, que se denomina razão particular, que reúne e compara a intenção das intenções individuais, como a razão universal reúne e compara as intenções universais. E porque os animais são ajudados por muitas sensações guardadas na memória pelas quais buscam o conveniente ou evitam o inconveniente, segue-se que, de algum modo, parece que participam da experiência, ainda que pouco. Ora, há nos homens, acima da experiência, esta que pertence à razão particular, uma razão universal pela qual vivem, como sendo aquilo que é o mais importante neles.

16.—Ora, assim como a arte está para a razão universal, a experiência está para a razão particular e o costume está para a memória nos animais. Por conseguinte, assim como o regime da vida perfeita existe no animal graças à sua memória aperfeiçoada pelo costume que lhe advém pela disciplina ou de qualquer outra maneira, do mesmo modo o regime da vida perfeita do homem advém da razão aperfeiçoada pela arte. Certos homens, são governados pela razão, sem serem regidos pela arte; mas, isto é um regime imperfeito.

17.—Em seguida, quando diz ‘nos homens, a experiência nasce da memória’, mostra os diversos graus do conhecimento humano. E divide a questão em duas partes. Primeiro, compara a experiência com a arte. Segundo, compara a arte especulativa com a prática, ali quando diz ‘é, pois, natural que quem por primeiro inventou alguma arte’, etc. Divide a primeira parte em duas. Primeiro, mostra a geração da arte e da experiência. Segundo, mostra a proeminência de uma sobre a outra, quando escreve ‘assim, pois, na prática, a experiência em nada parece diferir da arte’, etc. Divide a primeira parte em duas outras. Primeiro, descreve a geração de uma e de outra. Segundo, mostra, mediante um exemplo, quando diz ‘assim, ter a noção de que Cálías, Sócrates’, etc. Ele subdivide esta primeira parte

causatur. Modus autem causandi est iste; quia ex multis memoriis unius rei accipit homo experimentum de aliquo, quo experimento potens est ad facile et recte operandum. Et ideo quia potentiam recte et faciliter operandi praebet experimentum, videtur fere esse simile arti et scientiae. Est enim similitudo eo quod utrobique ex multis una acceptio alicuius rei sumitur. Dissimilitudo autem, quia per artem accipiuntur universalialia, per experimentum singularia, ut postea dicitur.

18.—Deinde cum dicit hominibus autem ponit generationem artis: et dicit, quod ex experientia in hominibus fit scientia et ars: et probat per auctoritatem Poli, qui dicit, quod experientia facit artem, sed inexperientia casum. Quando enim aliquis inexpertus recte operatur, a casu est. Modus autem, quo ars fit ex experimento, est idem cum modo praedicto, quo experimentum fit ex memoria. Nam sicut ex multis memoriis fit una experimentalis scientia, ita ex multis experimentis apprehensis fit universalis acceptio de omnibus similibus. Unde plus habet hoc ars quam experimentum: quia experimentum tantum circa singularia versatur, ars autem circa universalialia.

19.—Quod consequenter per exempla exponit, cum dicit, acceptionem quidem etc.: quia cum homo accepit in sua cognitione quod haec medicina contulit Socrati et Platoni tali infirmitate laborantibus, et multis aliis singularibus, quidquid sit illud, hoc ad experientiam pertinet: sed, cum aliquis accipit, quod hoc omnibus conferat in tali specie aegritudinis determinata, et secundum talem complexionem, sicut quod contulit febricitantibus et phlegmaticis et cholericis, id iam ad artem pertinet.

20.—Deinde cum dicit ad agere comparat artem ad experimentum per modum praeeminentiae. Et secundum hoc duo facit. Primo comparat quantum ad actionem. Secundo quantum ad cognitionem, ibi, sed tamen scire et cetera. Dicit ergo, quod quantum ad actum pertinet, experientia nihil videtur differre ab arte. Cum enim ad actionem venit, tollitur differentia, quae inter experimentum et artem erat per universale et singulare: quia sicut

em duas outras. Primeiro, trata da geração da experiência. Segundo, considera a geração da arte, quando diz 'ora, os homens chegam à ciência', etc. Primeiro diz, então, que nos homens a memória é causada pela experiência. O modo da causalidade é a seguinte: que a experiência de uma coisa nasce das múltiplas lembranças de uma coisa, onde tal experiência torna o homem capaz de agir com facilidade e retidão. E porque a experiência dá a capacidade de agir com facilidade e retidão, ela parece assemelhar-se à arte e à ciência. A semelhança decorre do fato que, em cada caso, se faz um só juízo de uma coisa, a partir de muitos atos sobre a coisa em questão. A dessemelhança, porém, provém do fato de que pela arte consideram-se os universais, mas pela experiência, os singulares, como dir-se-á depois.

18.—Depois, quando ele diz 'ora, os homens chegam à ciência', considera a geração da arte e diz que a ciência nasce no homem a partir da experiência. E prova isso pela autoridade de Polo que diz que a experiência gera a arte, mas a inexperiência o acaso. Quando o homem inexperiente age retamente, isso é por acaso. O modo da geração da arte a partir da experiência é semelhante àquele da geração da experiência a partir da memória. Ora, assim como de uma multiplicidade de atos de memória nasce uma só ciência empírica, do mesmo modo, de uma multiplicidade de experiências bem recebidas gera um só conceito universal de todas as coisas semelhantes. Deste maneira, a arte tem mais universalidade do que a experiência, pois a experiência versa só acerca dos singulares, mas a arte acerca dos universais.

19.—Demonstra, em seguida, este argumento por meio de um exemplo, quando diz 'assim, ter a noção de que Cálias, Sócrates', etc., pois quando um homem concebe em seu conhecimento que tal remédio determinado convém à Sócrates e Platão afetados de tal doença e a muitos outros indivíduos singulares, quaisquer que sejam, ele apela para a experiência. Contudo, quando alguém concebe que este remédio convém a todos os que sofrem daquela mesma espécie determinada de doença, segundo tal temperamento, como aos febris, aos fleumáticos e aos biliosos, isto já pertence à arte.

20.—Depois, quando diz 'pois, na prática', ele compara a arte e a experiência quanto à proeminência. E divide a questão em duas. Primeiro, compara quanto à ação. Segundo, compara quanto ao conhecimento, quando diz 'julgamos, contudo, que o saber e o entender pertencem mais à arte do que a experiência', etc. Diz, então, que com relação à ação, a experiência não parece em nada diferir da arte. Quando a arte e a experiência passam à ação, a diferença que há entre elas desaparece, a saber,

experimentum circa singularia operatur, ita et ars; unde praedicta differentia erat in cognoscendo tantum. Sed quamvis in modo operandi ars et experimentum non differant, quia utraque circa singularia operatur, differunt tamen in efficacia operandi. Nam experti magis proficiunt in operando illis qui habent rationem universalem artis sine experimento.

21.–Cujus causa est, quia actiones sunt circa singularia, et singularium sunt omnes generationes. Universalia enim non generantur nec moventur nisi per accidens, in quantum hoc singularibus competit. Homo enim generatur hoc homine generato. Unde medicus non sanat hominem nisi per accidens; sed per se sanat Platonem aut Socratem, aut aliquem hominem singulariter dictum, cui convenit esse hominem, vel accidit in quantum est curatus. Quamvis enim esse hominem per se conveniat Socrati, tamen curato et medicato per accidens convenit: haec est enim per se, Socrates est homo: quia si Socrates definiretur, poneretur homo in eius definitione, ut in quarto dicitur. Sed haec est per accidens, curatus vel sanatus est homo.

22.–Unde cum ars sit universalium, experientia singularium, si aliquis habet rationem artis sine experientia, erit quidem perfectus in hoc quod universale cognoscat; sed quia ignorat singulare cum experimento careat, multoties in curando peccabit: quia curatio magis pertinet ad singulare quam ad universale, cum ad hoc pertineat per se, ad illud per accidens.

23.–Deinde cum dicit sed tamen comparat experimentum ad artem quantum ad cognitionem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit praeeminentiam artis ad experimentum. Secundo probat, ibi, hoc autem est quia hi quidem et cetera. Proponit autem praeeminentiam artis et scientiae quantum ad tria. Scilicet quantum ad scire, quod quidem magis arbitramur esse per artem quam per experimentum. Item quantum ad obviare, quod in disputationibus accidit. Nam habens artem potest disputando obviare his quae contra artem dicuntur, non autem habens experimentum. Item quantum ad hoc quod artifices plus accedunt ad finem sapientiae, quam experti, *tamquam magis sit*, id est contingat, *scire sapientiam sequentem omnia*, id est dum sequitur universalia. Ex hoc enim artifex sapientior

que uma versa sobre o universal e a outra sobre o singular, pois a arte como a experiência operam sobre os singulares, daí que a referida diferença é com relação só ao conhecimento. Ora, já que quanto ao modo de operar a arte e a experiência não diferem, porque ambas operam sobre os singulares, diferem, porém, quanto à eficiência da operação. De fato, aqueles que possuem a experiência são mais eficazes na operação do que aqueles que possuem o conhecimento da noção universal da arte, mas que não possuem a experiência.

21.–A razão disso é que as ações se referem aos singulares e toda geração é geração de singulares. Os universais não são gerados e movidos, a não ser por acidente, enquanto que a geração e o movimento convêm aos singulares. Com efeito, gera-se o homem quando é gerado este homem. Por isso, o médico não cura o homem a não ser por acidente, pois cura de fato Platão ou Sócrates, ou algum homem dito singular, ao qual convém ser homem ou que lhe convenha enquanto curado. De fato, o ser homem essencialmente convém à Sócrates, mas o ser medicado e curado acidentalmente lhe convém: pois, esta é uma sentença essencial – Sócrates é homem –, porque se Sócrates fosse definido, seria necessário colocar ‘homem’ em sua definição, como será dito no quarto livro. Logo, esta outra é uma sentença acidental – o homem é curado ou sanado.

22.–Deste modo, a arte se ocupa dos universais e a experiência dos singulares, se alguém possui o conhecimento da arte sem a experiência, ele será perfeito em seu conhecimento universal, mas a sua ignorância do singular, causada por sua falta de experiência, lhe fará frequentemente errar em seu trabalho de cura; porque a cura convém mais ao singular do que ao universal, na medida em que isto seja essencialmente no caso do singular e acidentalmente no caso do universal.

23.–Em seguida, quando diz ‘Julgamos, contudo, que o saber e o entender pertencem mais à arte do que à experiência’, Aristóteles compara a experiência com a arte com relação ao conhecimento. E divide a questão em duas partes. Primeiro, estabelece a proeminência da arte sobre a experiência. Segundo, prova, aí quando diz ‘E isso porque aqueles conhecem a causa e estes não’, etc. Estabelece a proeminência da arte sobre a experiência em três aspectos. Quanto ao saber, estimamos, pois, mais que seja pela arte que pela experiência. Quanto, pois, ao que convém às disputas racionais. O homem de arte pode, em suas disputas, combater as opiniões contrárias à sua arte, o que não pode fazer o homem de experiência. Enfim, quanto ao fato de que os homens de arte alcançam mais o fim da sabedoria do que os homens de experiência, *na*

iudicatur, quam expertus quia universalia considerat. Vel aliter. *Tamquam magis sit scire secundum sapientiam omnia sequentem*, idest universalia. Alia litera, *tamquam magis secundum scire sapientia omnia sequente*: quasi dicat: *tamquam sapientia sequente omnia* idest consequente ad unumquodque, *magis sit secundum scire*, quam secundum operari: ut scilicet dicantur sapientes magis qui magis sciunt, non qui magis sunt operativi. Unde alia litera hunc sensum habet planiorem, qui sic dicit: *tamquam secundum illud quod est scire magis, omnes sequuntur sapientiam*.

24.–Consequenter cum dicit hoc autem probat praedictam praeeminentiam tripliciter. Prima probatio talis est. Illi, qui sciunt causam et propter quid, scientiores sunt et sapientiores illis qui ignorant causam, sed solum sciunt quia. Experti autem sciunt quia, sed nesciunt propter quid. Artifices vero sciunt causam, et propter quid, et non solum quia: ergo sapientiores et scientiores sunt artifices expertis.

25.–Primo primam probat cum dicit, unde et architectores et cetera. Probatio talis est. Illi qui sciunt causam et propter quid comparantur ad scientes tantum quia, sicut architectonicae artes ad artes artificum manu operantium. Sed architectonicae artes sunt nobiliores: ergo et illi qui sciunt causas et propter quid, sunt scientiores et sapientiores scientibus tantum quia.

26.–Huius probationis prima ex hoc apparet, quia architectores sciunt causas factorum. Ad cuius intellectum sciendum est, quod architector dicitur quasi principalis artifex: ab archos quod est princeps, et techne quod est ars. Dicitur autem ars principalior illa, quae principaliorem operationem habet. Operationes autem artificum hoc modo distinguuntur: quia quaedam sunt ad disponendum materiam artificii, sicut carpentarii secando ligna et complanando disponunt materiam ad formam navis. Alia est operatio ad inductionem formae; sicut

medida em lhe convenha mais vantagem de conhecer a sabedoria que investiga todas as coisas, isto é, enquanto investigam os universais. Por isso, se julga o homem de arte mais sábio do que o homem de experiência, porque considera os universais. Uma outra interpretação: *na medida em que o mais sábio está mais conforme ao conhecimento da sabedoria que investiga o conhecimento de todas as coisas*, isto é, o conhecimento dos princípios universais. Ainda uma outra: *na medida em que mais a sabedoria busca o saber de todas as coisas*, o que significa: *na medida em que a sabedoria busca o saber de cada coisa, mais segundo o saber do que o operar*, ou seja, enquanto são ditos mais sábios quem conhece mais, não quem são mais experientes. Por isso, tem um sentido mais pleno esta sentença, quando assim diz: *na medida em que aquilo que se investiga é um saber mais excelso, todos buscam a sabedoria*.

24.–Consequentemente, quando ele diz ‘e isso porque aqueles conhecem a causa e estes não’, prova a referida proeminência da arte sobre a experiência de três modos. A primeira prova é assim: aqueles que conhecem a causa e o porque de algo ser feito, possuem mais conhecimentos e são mais sábios do que aqueles que ignoram a causa e só sabem o porque do fazer. Ora, os homens de experiência conhecem o porque do fazer, mas desconhecem a causa do porque de algo ser feito. Os homens de arte, de fato, conhecem a causa e o porquê de algo ser feito, e não só o porquê de fazer: portanto, são mais conhecedores e mais sábios os homens de arte do que os homens de experiência.

25.–Primeiro, manifesta a primeira prova, quando diz ‘Por isso consideramos, em cada caso, que os arquitetos são mais dignos’, etc. Tal é a prova. Aqueles que sabem a causa e o porque de algo ser feito são comparados aos sábios enquanto sabem o porque de algo ser feito, como se compara as artes arquitetônicas às artes manuais dos operários. Ora, as artes arquitetônicas são mais nobres. Portanto, aqueles que sabem as causas e o porque de algo ser feito são mais conhecedores e mais sábios do que aqueles que só sabem o porque do fazer.

26.–A prova deste argumento se evidencia primeiro pelo fato de que os arquitetos conhecem as causas das coisas que fazem. Para compreender isso, deve-se saber que denomina-se arquiteto como o principal artífice: este nome vem de ‘archos’ que significa primeiro e de ‘techne’ que significa arte. Ora, denomina-se a arte mais importante aquela que tem a operação mais importante. As operações dos homens de arte se distinguem desta maneira: algumas são para dispor a matéria do artífice, como as operações do carpinteiro que corta e aplaina a madeira e dispõe a matéria para a forma do

cum aliquis ex lignis dispositis et praeparatis navem compaginat. Alia est operatio in usum rei iam constitutae; et ista est principalissima. Prima autem est infima, quia prima ordinatur ad secundam, et secunda ad tertiam. Unde navisfactor est architector respectu eius qui praeparat ligna. Gubernator autem, qui utitur navi iam facta, est architector respectu navis factoris.

27.—Et, quia materia est propter formam, et talis debet esse materia quae formae competat, ideo navisfactor scit causam, quare ligna debeant esse sic disposita; quod nesciunt illi qui praeparant ligna. Similiter, cum tota navis sit propter usum ipsius, ille qui navi utitur, scit quare talis forma debeat esse; ad hoc enim debet talis esse, ut tali usui conveniens sit. Et sic patet, quod ex forma artificii sumitur causa operationum, quae sunt circa dispositionem materiae. Et ex usu sumitur causa operationum, quae sunt circa formam artificiatam.

28.—Et sic manifestum est, quod architectores factorum causas sciunt. Illos vero, scilicet manu artifices, iudicamus vel denominamus, sicut quaedam inanimatorum. Et hoc non ideo quia faciunt operationes artificiales, sed quia quae faciunt, incognita faciunt. Sciunt enim quia, sed causas non cognoscunt; sicut etiam ignis exurit absque aliqua cognitione. Est igitur quantum ad hoc similitudo inter inanimata et manu artifices, quod sicut absque causae cognitione inanimata operantur ut ordinata ab aliquo superiori intellectu in proprium finem, ita et manu artifices. Sed in hoc est differentia: quia inanimata faciunt unumquodque suorum operum per naturam, sed manu artifices per consuetudinem: quae licet vim naturae habeat in quantum ad unum inclinatur determinate, tamen a natura differt in hoc, quod est circa ea quae sunt ad utrumlibet secundum humanam cognitionem. Naturalia enim non consuescimus, sicut dicitur in secundo Ethicorum. Nec etiam cognitione carentium est consuescere. Haec autem quae dicta sunt, sic sunt consideranda tamquam ex eis appareat, quod aliqui non sunt sapientiores secundum quod est *practicos*, id est operadores esse, quod convenit expertis; sed secundum quod aliqui habent rationem de agendis, et cognoscunt causas agendorum, ex quibus rationes sumuntur: quod convenit architectoribus.

navio. Outra é a operação para produzir a forma; como quem utiliza a madeira disposta e preparada, monta as partes do navio. Outra é a operação quanto ao uso da coisa já constituída; e esta é a operação principal. A primeira é inferior porque se ordena à segunda e a segunda à terceira. Deste modo, o construtor do navio é arquiteto em relação àquele que prepara a madeira. O capitão, que conduz o navio já fabricado, é arquiteto em relação ao construtor do navio.

27.—E porque a matéria é por causa da forma, e que ela deve ser adaptada às exigências da forma, o construtor do navio conhece a causa e o porquê da disposição da madeira; o que desconhecem aqueles que preparam a madeira. Do mesmo modo, já que todo navio é destinado a seu uso, aquele que o usa sabe o porquê de o navio ser de tal forma; porque a forma deve ser tal como o requer o seu uso. Fica evidente que a causa das operações é tomada da forma do artífice, e que aquelas se dão na disposição da matéria. E se toma do uso a causa das operações, e que este é conforme a forma do que foi produzido pelo artífice.

28.—Fica claro, também, que os construtores das coisas conhecem as causas. De fato, aqueles que operam com as mãos, julgamos ou denominamos semelhantes às obras de alguns dos seres inanimados. E isso não porque eles executam as suas operações manuais, mas porque as obras que eles executam lhes são desconhecidas. Eles sabem, de fato, como se deve fazer tais obras, mas eles ignoram as suas causas, tal como o fogo queima sem conhecer a sua causa. Por conseguinte, é nisso que há uma semelhança entre as operações das coisas inanimadas e as obras manuais, pois do mesmo modo que as coisas inanimadas operam sem conhecer a causa e unicamente se dirigem ao seu próprio fim por um intelecto superior, assim também ocorre com as obras manuais. Contudo, a diferença entre os dois consiste nisto: que nos seres inanimados cada uma das suas obras é por tendência natural direcionada a um fim, enquanto que as obras dos artífices manuais são orientadas ao seu fim por um hábito. A inclinação natural difere do hábito, pois aquele se inclina a uma coisa natural determinada, mas o hábito difere da inclinação natural, pois opera por escolha, acerca daquelas coisas que faz, segundo o conhecimento humano. Os seres naturais não adquirem o hábito, como se diz no segundo livro da *Ética* [Aristóteles, *Ética*, II, c.1, 1103a 19-27]¹⁶. Nem os seres desprovidos de conhecimento. Deve-se considerar isso que nós acabamos de dizer dentro de sua perspectiva que é manifestar que

¹⁶ Cf. THOMAE AQUINATIS, S. *In Decem libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum Expositio*, II, lec. 1, n. 248 (Editio Pirota, Romae: Marietti, 1964, p.70).

29.—Deinde cum dicit et omnino ponit secundam rationem: quae talis est. Signum scientis est posse docere: quod ideo est, quia unumquodque tunc est perfectum in actu suo, quando potest facere alterum sibi simile, ut dicitur quarto Meteororum. Sicut igitur signum caliditatis est quod possit aliquid calefacere, ita signum scientis est, quod possit docere, quod est scientiam in alio causare. Artifices autem docere possunt, quia cum causas cognoscant, ex eis possunt demonstrare: demonstratio autem est syllogismus faciens scire, ut dicitur primo posteriorum. Experti autem non possunt docere, quia non possunt ad scientiam perducere cum causam ignorent. Et si ea quae experimento cognoscunt aliis tradant, non recipientur per modum scientiae, sed per modum opinionis vel credulitatis. Unde patet quod artifices sunt magis sapientes et scientes expertis.

30.—Deinde cum dicit amplius autem ponit tertiam rationem; quae talis est. Cognitiones singularium magis sunt propriae sensibus quam alicui alteri cognitioni, cum omnis cognitio singularium a sensu oriatur. Sed tamen, *nec unum*, idest nullum sensum dicimus sapientiam, scilicet propter hoc quod licet aliquis sensus cognoscat quia, tamen, non propter quid cognoscit. Tactus enim iudicat quod ignis calidus est, non tamen apprehendit propter quid: ergo experti qui habent singularium cognitionem causam ignorantes, sapientes dici non possunt.

31.—Deinde cum dicit primum quidem comparat artem activam speculativae. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod ars speculativa magis est sapientia quam activa. Secundo respondet cuidam obiectioni, ibi, in

qualquer um que não é sábio, é prático; e isto convém aos homens de experiência; mas, porque o sábio possui a razão da sua ação e conhece as causas disto que ele deve fazer, de onde suas razões são tomadas, isto convém aos homens de arte.

29.—Em seguida, quando diz ‘e o que absolutamente distingue o sábio é poder ensinar’, ele coloca a segunda razão, que é esta: a marca distinta do sábio é poder ensinar. E isto é assim porque cada um é perfeito em seu ato quando ele pode produzir um outro semelhante a si mesmo. Como se diz no quarto livro sobre os *Meteorológicos* [Aristóteles, *Meteorológicos*, IV, c.2, 379b 10-15]¹⁷. Deste modo, como o sinal próprio do calor é o de poder aquecer qualquer coisa, a marca do sábio é poder ensinar, que é causar a ciência em outro. Os homens de arte podem ensinar porque conhecem as causas e a partir delas eles podem demonstrar: a demonstração é um silogismo que faz saber, como se diz no primeiro livro dos *Segundos Analíticos* [Aristóteles, *Segundos Analíticos*, I, c.2, 71b 16-20]¹⁸. Os homens de experiência não podem ensinar, porque não podem conduzir à ciência, porque ignoram a causa. E se os homens de experiência comunicam aos outros o que aprendeu da sua experiência, isto que ele aprendeu, não o aprendeu de modo científico, mas ao modo de uma opinião ou de uma crença. Por isso, fica evidente que os homens de arte são mais sábios e capazes de ensinar do que os homens de experiência.

30.—Depois, quando ele diz ‘Ademais, não consideramos que nenhuma das sensações seja sabedoria’, coloca a terceira razão, que é a seguinte. O conhecimento dos singulares é mais próprio do conhecimento sensível do que a qualquer outro conhecimento, pois o conhecimento dos singulares provém dos sentidos. Entretanto, a nenhum dos sentidos, isto é, a nenhum mesmo, atribuímos a sabedoria, porque, mesmo se um sentido conhece o porquê de como fazer, ele não conhece o porquê de ser feito. O tato, pois, julga que o fogo é quente, mas ele ignora o porquê. Portanto, os homens de experiência que possuem o conhecimento dos singulares ignoram a causa e, por isso, não podem ser denominados sábios.

31.—Em seguida, quando diz ‘É, pois, natural que quem por primeiro inventou alguma arte’ compara a arte ativa com a especulativa. E acerca disto faz duas coisas. Primeiro, mostra que a arte especulativa está mais próxima da

¹⁷ Tomás não chegou a terminar o comentário sobre esta obra. Ignora-se o autor da continuação deste comentário, mas identifica-se esta doutrina na seguinte passagem: *Inserta Sententia super Meteora*, IV, c. 2, n. 1. (Editio Alarcón: corpusthomicum.org). Contudo, esta é doutrina comum em Tomás como podemos ver em: cf. THOMAE AQUINATIS, S. *De veritate*, q. 27 a. 3 arg. 24.

¹⁸ Cf. THOMAE AQUINATIS, S. *Expositio libri Posteriorum Analyticorum*, I, lec. 4, n. 1. (Editio Alarcón: corpusthomicum.org).

moralibus. Ostendit autem quod primo dictum est, tali ratione. In quibuscumque scientiis vel artibus invenitur id propter quod homines scientes prae aliis hominibus in admiratione vel honore habentur, illae scientiae sunt magis honorabiles, et magis dignae nomine sapientiae. Quilibet autem inventor artis habetur in admiratione, propter hoc quod habet sensum et iudicium et discretionem causae ultra aliorum hominum sensum, et non propter utilitatem illorum quae invenit: sed magis admiramur, *sicut sapientem et ab aliis distinguentem*. Sapientem quidem, quantum ad subtilem inquisitionem causarum rei inventae: distinguentem vero, quantum ad investigationem differentiarum unius rei ad aliam. Vel aliter, *ab aliis distinguentem*, ut passive legatur, quasi in hoc ab aliis distinguatur. Unde alia litera habet, *differentem*. Ergo scientiae aliquae sunt magis admirabiles et magis dignae nomine sapientiae propter eminentiorem sensum, et non propter utilitatem.

32.—Cum igitur plures artes sint repertae quantum ad utilitatem, quarum quaedam sunt ad vitae necessitatem, sicut mechanicae; quaedam vero ad introductionem in aliis scientiis, sicut scientiae logicales: illi artifices dicendi sunt sapientiores, quorum scientiae non sunt ad utilitatem inventae, sed propter ipsum scire, cuiusmodi sunt scientiae speculativae.

33.—Et quod speculativae scientiae non sint inventae ad utilitatem, patet per hoc signum: quia, *iam partis*, id est acquisitis vel repertis omnibus huiusmodi, quae possunt esse ad introductionem in scientiis, vel ad necessitatem vitae, vel ad voluptatem, sicut artes quae sunt ordinatae ad hominum delectationem: speculativae non sunt propter huiusmodi repertae, sed propter seipsas. Et quod non sint ad utilitatem inventae, patet ex loco quo inventae sunt. In locis enim illis primo repertae sunt, ubi primo homines studuerunt circa talia. Alia litera habet, *et primum his locis ubi vacabant*, id est ab aliis occupationibus quiescentes studio vacabant quasi necessariis abundantes. Unde et circa Aegyptum primo inventae sunt artes mathematicae, quae sunt maxime speculativae, a sacerdotibus, qui sunt concessi studio vacare, et de publico expensas habebant, sicut etiam legitur in Genesi.

sabedoria que a a sabedoria da arte prática. Segundo, ele responde a uma objeção quando escreve 'Já foi dito na *Ética*'. Ele demonstra a primeira proposição, com tal raciocínio: em certas ciências e certas artes se encontra isto que reporta admiração e honra aos sábios, mais que a outros homens. E estas ciências são mais dignas de honra e mais dignas do nome sabedoria. Tem-se a admiração por qualquer inventor de uma arte porque possui o bom senso, o juízo e o discernimento da causa mais do que o senso dos outros homens, mas não por causa da utilidade da sua invenção, pois nós os admiramos, de fato, *como um sábio e como alguém que se distingue dos demais homens, porque sabe distinguir as coisas entre si*. Diz-se sábio, pois, quanto à sutil investigação das causas da coisa inventada, que efetivamente distingue, com relação à sua investigação, as diferenças de uma coisa e de outra. Outro modo de entender a razão pela qual *se distingue dos outros*, enquanto se lê no passivo, diria que o sábio deveria ser superior aos demais homens. De outro modo, também, pode-se ler *diferente*: Portanto, certas ciências são mais admiráveis e mais dignas do nome sabedoria por causa do eminente sentido e não por causa da sua utilidade.

32.—Como, pois, muitas artes foram inventadas por causa da sua utilidade, sendo algumas voltadas para as necessidades da vida, como as artes mecânicas, outras que servem para efetivamente introduzir outras ciências, como as artes lógicas. Contudo, denominam-se sábios aqueles homens de arte, cujas ciências não são inventadas em razão da utilidade, mas por causa do próprio saber, e são ciências desta natureza as ciências especulativas.

33.—E que as ciências especulativas não foram inventadas para um fim útil, isso fica evidente por esta demonstração: de fato, de sua parte, as ciências não especulativas, a saber, as práticas, uma vez que são adquiridas e inventadas, todas desta natureza foram inventadas para servirem de introdução para as outras ciências ou para a necessidade da vida, para os prazeres, como as artes que se orientam para a diversão dos homens — o que não fazem as ciências especulativas, porque não existem em vista de qualquer espécie de utilidade, mas por elas mesmas —, por conseguinte, fica evidente que elas não foram inventadas para um fim útil. E isso fica manifesto pois naqueles lugares em que foram inventadas, não o foram para um fim útil, onde os primeiros homens versaram sobre elas. Tem-se uma outra leitura disso: isto é, primeiro existiu nos lugares onde havia ócio, isto é, onde possuíam em abundância o que era necessário para a vida e se podia repousar de outras ocupações relativas ao que era útil e se dedicar ao estudo. Foi por isso que no Egito foram por

34.–Sed quia usus nomine artis fuerat et sapientiae et scientiae quasi indifferenter, ne aliquis putet haec omnia esse nomina synonyma idem penitus significantia hanc opinionem removet, et remittit ad librum *Moralium*, idest ad sextum *Ethicorum*, ubi dictum est, in quo differant scientia et ars et sapientia et prudentia et intellectus. Et ut breviter dicatur, sapientia et scientia et intellectus sunt circa partem animae speculativam, quam ibi scientificum animae appellat. Differunt autem, quia intellectus est habitus principiorum primorum demonstrationis. Scientia vero est conclusionis ex causis inferioribus. Sapientia vero considerat causas primas. Unde ibidem dicitur caput scientiarum. Prudentia vero et ars est circa animae partem practicam, quae est ratiocinativa de contingentibus operabilibus a nobis. Et differunt: nam prudentia dirigit in actionibus quae non transeunt ad exteriorem materiam, sed sunt perfectiones agentis: unde dicitur ibi quod prudentia est recta ratio agibilium. Ars vero dirigit in factionibus, quae in materiam exteriorem transeunt, sicut aedificare et secare: unde dicitur quod ars est recta ratio factibilium.

35.–Deinde cum dicit cuius autem ostendit ex praehabitis principale propositum; quod scilicet sapientia sit circa causas. Unde dicit quod hoc est cuius gratia *nunc sermonem facimus*, idest ratiocinationem praedictam: quia scientia illa quae denominatur sapientia, videtur esse circa primas causas, et circa prima principia. Quod quidem patet ex praehabitis. Unusquisque enim tanto sapientior est, quanto magis accedit ad causae cognitionem: quod ex praehabitis patet; quia expertus est sapientior eo qui solum habet sensum sine experimento. Et artifex est sapientior experto quocumque. Et inter artifices architector est sapientior manu artifice. Et inter artes etiam et scientias, speculativae sunt magis scientiae quam activae. Et haec omnia ex praedictis patent. Unde relinquatur quod illa scientia, quae simpliciter est sapientia, est circa causas. Et

primeiro inventadas as artes matemáticas, que são maximamente especulativas; e foram pelos sacerdotes, aos quais eram concedidos a ocupação do estudo e que viviam às expensas do governo público, como também se lê no Gênesis¹⁹.

34.–Contudo, porque o uso do nome arte, sabedoria e ciência foram tomados quase indiferentemente, para que ninguém pudesse tomar todos esses nomes como sinônimos, remove a ideia de que tais nomes significassem a mesma coisas e ele fez isso no sexto livro da *Ética* [Aristóteles, *Ética*, VI, c. 13, 1143b 20-1144a 1-35]²⁰ onde foi dito que diferem a ciência, a arte, a prudência e o intelecto. E, brevemente, explica que a sabedoria, a ciência e o intelecto pertencem à parte especulativa da alma, à qual neste contexto ele denominou parte científica da alma. Contudo, elas diferem porque o intelecto é o hábito dos primeiros princípios da demonstração, a ciência é o hábito da conclusão tirada dos princípios inferiores e a sabedoria é o hábito que versa sobre as primeiras causas. Eis, porque, aí mesmo neste contexto foi dito que a sabedoria é a cabeça das ciências. De fato, a prudência e a arte se ocupam da parte prática da alma, que raciocina sobre as coisas contingentes que nós operamos. Contudo, a prudência difere da arte. A prudência orienta aquelas ações que não passam por uma matéria exterior, mas são perfeições do agente. Por isso se diz, aí mesmo, na *Ética*, que a prudência é a reta razão das ações. Por outro lado, a arte, de fato, dirige aquelas ações que são produzidas e que passam por uma matéria exterior, como construir e cortar. Por isso, se diz que a arte é a reta razão das produções.

35.–Por fim, quando Aristóteles diz ‘O raciocínio que agora propomos é este’, ele mostra, a partir dos pressupostos, sua principal intenção: a sabedoria trata das causas. E diz que todas as reflexões precedentes eram em vista de demonstrar que esta ciência, que se denomina sabedoria, parece ocupar-se das causas primeiras e dos primeiros princípios. O que é evidente a partir do que foi dito. Com efeito, cada um é mais sábio, na medida em que mais se aproxima do conhecimento da causa. E isso fica claro a partir do que foi exposto antes. O homem de experiência é mais sábio do que aquele que possui o sentido sem a experiência. O homem de arte é mais sábio do que qualquer homem de experiência. E entre os homens de arte, o arquiteto é mais sábio que o homem de artes manuais. E entre as artes e, também, as ciências, as especulativas são mais excelsas do que as práticas. E tudo isso fica claro a partir do

¹⁹ Gn 47, 22

²⁰ Cf. THOMAE AQUINATIS, S. *In Decem libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum Expositio*, VI, lec. 10, n. 1257-1274 (Editio Pirotta, Romae: Marietti, 1964, p.341-344).



est similis modus arguendi, sicut si diceremus: illud quod est magis calidum, est magis igneum: unde quod simpliciter est ignis, est calidum simpliciter.

que foi dito acima. Donde resulta que aquela ciência que simplismente é a sabedoria, versa sobre as causas. E é semelhante o modo de argumentar se dissermos que aquilo que é mais quente é mais ígneo, donde se conclui que o que é absolutamente ígneo é absolutamente quente.